

*[Faint, mostly illegible handwritten text in a medieval script, likely Gothic or similar, covering the majority of the page. The text is arranged in two columns, with some lines appearing to be part of a list or a structured document. There are several red initials and some underlined words, but the specific content is difficult to discern due to fading and bleed-through.]*

Communicata  
in decem



M-s. 1297

an f.

R

2197.6

F. A. v. Maxß  
1831 oho

GRATVLATIO  
CLARISSIMO VIRO,  
ERVDITIO NE ET VIRTVTE  
PRAESTANTI, D. D. BALDASARO

*Summero Torgensi, Cum ei Doctoratus artis  
Medicæ insignia in Academia Vitebergen-  
si decernerentur: Scripta*

*AB*

Andrea Schonuualdt  
*VRSELLANO.*



VITEBERGÆ

EXCVDEBAT LAVRENTIVS  
SCHVENCK.

M. D. LXIII.

GRATIA  
CLARISSIMO VIRO  
FRANCISCO NEUBERGERO  
PRÆSTANTI D. D. RALDASARO  
Summo Torquæ, Cameræ, Doctoris etc.  
Medice in quibus hâc hâc in  
A decembris: Scripta

Andreas Schonmuller  
NRSELLANO



VITBERGÆ

EXCVDENT LAVRENTIUS  
SCHNECK

M. D. LXIII



# GRATVLATIO.

**I**sthæc dispositi pulcherrima machina mundi  
Autorem rerum monstrat vbiq; Deum,  
Scilicet astriferi fulgentia corpora cæli,  
Vndiq; mirandis aspicienda modis.  
Assiduò certa quæ circum lege feruntur,  
Nec solitas vnquam deseruere vias.  
Sed fugitiua suo distinguunt tempora motu,  
Anni diuersas efficiuntq; vices.  
Vt nunc hyberno tellus humore madescat,  
Nunc Aries Phœbi torreat igne solum.  
Nunc Hyades, letum terris cum semen aratis  
Emitat, æthereis imbribus arua rigent,  
A Ioue progeniti gemino iam sidere fratres  
Alternò possint cuncta fouere sinu.  
Atq; vbi sub molli granum durescere spica  
Ceperit, vt pluuias Carcinus addat aquas,  
Vt letas plenis segetes maturet in aruis  
Cum rapidè torrens Syrius vrit agros.  
Conditor hæc certo fieri Deus ordine iussit,  
Et non mutari, ni velit ipse, queunt.  
Humanæ nam quanta foret confusio vitæ,  
Ni Deus hoc stabili lege teneret opus?  
Hæc igitur tantum nostros formauit in vsus  
Conditor æterni fons & origo boni.

A 2

Vult



Vult quoq, vt in celso radiantia lumina cælo  
Inferiora iuuent corpora mille modis.  
Frondebis inde nouis se fertilis induit arbos,  
Floribus hinc varijs condecoratur humus.  
Hinc placido viridis vestitur gramine campus,  
Hinc noua sub grauido palmite gemma virescit.  
Hinc est temperies terrenis debita rebus,  
Rebus conueniens omnibus inde color.  
Hæc quicumq, studet vigili cognoscere cura,  
Atq, Dei sancta mente tuetur opus,  
Rem Domino gratam præstat, laudemq, meretur,  
Atq, Deum studio, quo iubet ipse, colit,  
Nam nisi spectari formam compaginis huius  
Agnosci certis vellet & inde notis.  
Cur igitur sapiens rerum seruator & autor  
Hoc opus eximia condidit arte Deus?  
Ingenij ergo tui laudes **SVMMERE** mereris  
Hoc æquas claros clarus honore viros.  
Quòd multis artes coluisti sedulus annis,  
Idq, tui totis viribus ingenij.  
Et licet, Aönij pulcræ quæ culminis arcem  
Monstrat, per præcepta semita tendat iter:  
Non tamen vllorum moles immensa laborum  
Fecit vt incepti non sequerere viam.  
Non prius à cepto voluisti absistere cursu,  
Quàm tibi in optato contigit esse loco.

Namq,

Namq; duas omni conatu gnauiter artes  
Res vigilem semper te coluisse probat.  
Et docet ingentis quam magna sit orbita Solis,  
Vnde ferat Lunæ lumen opemq; globus.  
Quas tempestates moueant, quæ commoda rebus  
Terrenis, & quæ sydera damna, ferant.  
Quot sæpe euertant excelsis mœnibus vrbes,  
Quas magnis portent imperijsq; vices.  
Morborum quantas pestes, quam tristia Martis  
Bella, etiam summis exitiosa viris.  
Insuper esse Deum, solus qui cuncta gubernet,  
Nobile qui mundi condidit autor opus.  
Omnia qui curat, cuius regit omnia dextra,  
Viribus & seruat cuncta creata suis.  
Hunc docet & monstrat manifestis vndiq; signis  
Præsentem rebus semper adesse suis.  
Ne casu voluires & sine lege putemus,  
Sed Dominum forti cuncta tenere manu.  
Altera quòd varios aufert medicando dolores,  
A medicis nomen conuenienter habet.  
Vtilis humano generi, quam conditor ipse,  
Vt sibus vt nostris seruiat illa, dedit.  
Nam velut, è varijs aliquid dum colligit herbis,  
Materiam mellis sedula quærit apis.  
Venturæq; hyemis metuens, quæ sita reponit,  
Hac vt venturam leniat arte famem:

A 3

Sic

Sic varijs succos Medicina exugit ab herbis,  
Et nos, quæ profint quæ noceantq̃, docet.  
Nec tutus duplici mirandus imagine Ianus,  
Ni monstret medici sedula cura, foret.  
Quæ quasi de speculis morborum denotat ortus,  
Et qua tutemur, nos ratione, monet.  
Hereat in morbis si quis, nimiumq̃ laboret,  
Extremam fati sustineatq̃ diem,  
Liberat hunc veluti medijs è mortis ademptum  
Faucibus, antiquo restituitq̃ loco.  
Hanc Deus ætherea miseris mortalibus artem  
In terras summi misit ab arce poli,  
Ac vt mandatos nostris tribuamus honores  
Corporibus, verbo nos iubet ipse suo.  
Hanc igitur Patres sancti, sanctiq̃ Prophetæ  
Atq̃ Sacerdotes excoluere pij.  
Rex etiam Salomon, cuius sapientia nota est,  
Hac quoq̃ præcipuè præditus arte fuit.  
Nos igitur gratis veneremur mentibus illam,  
Quam dedit æterni prouida cura Dei.  
Tuq̃ hanc vt posses nouisse fideliter artem,  
Doctus es à claris vir venerande viris.  
In quibus excellens, multaq̃ ætate verendus  
Te primùm dictis Fendius erudijt.  
Peucerusq̃ gener, non deneger arte, Philippi  
Inuit in hac studium sedulus arte tuum.

Herman



Hermanniq̄ labor præstans, quos addidit omnes  
Leucoreo, Domini cura benigna, choro.  
Ergo cum tantum tantorum voce virorum  
Præstiteris, studio, nocte dieq̄, tuo,  
Nunc vt viuificis possis moribunda medelis  
Immedicabilibus membra leuare malis,  
Addere constituit summum tibi cætus honorem,  
Qui regit Albiacæ clara Lyceæ scholæ.  
Quoq̄ tuis digni studijs præstentur honores,  
Te Doctoratus vult decorare gradu.  
Vt pateat cunctis, Medica quàm doctus in arte  
Præstes, ingenij dexteritate tui.  
Atq̄ hæc testentur, ceu viui, insignia, testes,  
Te dignum docti nomen habere viri.  
Salue igitur multos inter doctissime, salue,  
Salue inter claros commemorande viros.  
Qui Paradisiaci patrijs in sedibus horti  
Herbarum vires dixit Adame tibi,  
Qui sanctum nobis Medicinæ præcipit vsum,  
Nos iubet & iustis membra iuuare modis,  
Quiq̄ salutarem medicorum condidit artem,  
Fœlicem medici qui facit esse manum.  
Ille tuis adsit cæptis dextramq̄ gubernet,  
Vt miseris possis ferre beatus opem.

I N I S.

formamque labor praesens, quos adhibet omnes  
I. encoro, Domini tui benigna, choro.  
Ergo cum tantum tantum deus, tantum  
Prestantibus, studio, nocte die, tuis,  
Nunc ut pueris possis agribus da medicis  
Immedicabilibus membris lenare malis  
Adhuc consistit summum tibi decus honorum  
Qui regit Albicis clare Lycet, schoola.  
Quod tuis digni studiis praesentem honorem,  
Te Doctoratus dunt decore grada.  
Ne patiar cunctis, Medica quam doctus in arte  
Prestes, ingenij dexterrate tui.  
Ad hoc respicere, conatui, ingenij, dexterrate  
Te dignum docti nonne habere dunt  
Saluigiter multos, inter hostissime, salutem  
Salus inter choros, commonens, dunt  
Qui Paradisi pariter in subditis,  
Herbarum, dunt, dunt, dunt, dunt,  
Qui sanctus nobis, Medicinae praesentis, dunt,  
Nos indet, in istis membris, inuere, modis,  
Quis salutare, medicorum, condidit, dunt,  
Felicem medici, qui facit, esse, manu,  
Ille tuis adstet, capis, dextera, dunt,  
Ne miseris possis, ferre, beatus, opus,  
I N I S



153028

AB: 153028

ULB Halle

3


003 486 044



86

*[Faint, mostly illegible handwritten text in a medieval script, possibly Gothic or Carolingian minuscule. The text is arranged in columns and includes several large, decorated initials in red ink. Some lines are underlined with red ink.]*





GRATVLATIO  
CLARISSIMO VIRO,  
ERVDITONE ET VIRTUTE  
PRAESTANTI, D. D. BALDASARO  
*Summero Torgensi, Cum ei Doctoratus artis  
Medicæ insignia in Academia Vitebergen-  
si decernerentur: Scripta*

AB

Andrea Schonuualdt  
VRSELLANO.



VITEBERGÆ

EXCVDEBAT LAVRENTIVS  
SCHVENCK.  
M. D. LXIII.

